

beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei. Apparuit in Parvulo gratia ad eruditionem. Sed hic erit magnus, sicut Gabriël de eo locutus est : et quos Parvulus erudierit ad humilitatem cordis, et mansuetudinem ; magnificabit postmodum, et glorificabit magnus et gloriosus adveniens Jesus Christus Dominus noster.

In tertio Nocturno.

LECTIO VII.

LECTIO sancti Evangelii secundum Lucam. Cap. 2.

IN illo tempore : Ut perfecerunt Parentes Jesu omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galilæam, in civitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat et confortabatur, plenus sapientiâ, et gratia Dei erat in illo. Et reliqua.

De Homilia Venerabilis Bedæ Præbyteri.

In Cap. 2. Luc.

QUOD Matri quærenti, ac dicenti ; Fili quid fecisti nobis ? Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te : respondit : Et quid est quod me quærebatis ? Nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse ? Divinæ Majestatis iudicium fuit ; quia nimirum, quorum una est majestas et gloria, horum etiam una sedes, ac domus est. Ergo quod Dominus in Templo sedens dicit ; In his quæ Patris mei sunt oportet me esse ; declaratio est consempiternæ Deo Patri potestatis et gloriæ.

LECTIO VIII.

QUOD autem rediens Nazareth erat subditus parentibus, humanæ est veritatis indicium, simulque humilitatis exemplum. In eâ namque naturâ subditus erat hominibus, in quâ minor est Patre. In

illâ autem in quâ non ex tempore vadit ad Patrem, sed semper in ipso est, omnia per ipsum facta sunt, et ipse est ante omnes. Cuius multum est miranda magnæ dispensatio pietatis, qui dum parentes suos mysterium divinæ suæ majestatis necdum capere vidisset, exhibuit eis humanæ subjectionem humiliatis, ut per hanc eos paulatim ad agnitionem divinitatis institueret. Cum enim dixisset : Quid est quod me quærebatis, an nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt oportet me esse ? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad illos, sicut Evangelista consequenter insinuat : Descendit cum eis, et venit Nazareth, et erat subditus illis.

DICEBAT ergo arcanum suæ divinæ virtutis parentibus humanæ suæ fragilitatis, matri suæ scilicet veræ suæ carnis, et castissimo tutori castitatis illius, qui per id temporis, necdum prolata luce Evangelicâ, ab omnibus penè qui eos nosse poterant, carnali conjunctione vir ejus, carnali administratione Pater æstimabatur, simul et vocabatur ipsius Domini Salvatoris, Dicebat, inquam his : Quia in iis quæ Patris mei sunt, oportet me esse. Qui cum arcem tanti mysterii ascendere intelligendo non possent, neque aliter eum in iis quæ verè Patris ejus essent, manere decernerent, nisi ut comprehendere nossent, descendit ipse cum ipsis ad inferiora conversationis eorum, cepitque manere in his, quæ illorum erant : Et erat eis piâ dispensatione subiectus, donec proficiente humilitatis magisterio, quantum omnibus creaturis esset præferendus agnoscerent.

FERR
In
De libro Apoc

LECTIO

ET vidimus magnam septem, habere viffimas : quoniam mata est ira in mare vitreum qui vicerunt ejus, et nuntiantes super eam citharam canticum Magni Agni, de mirabilia sunt omnipotens viæ tuæ. R non timebit eabit nomen es : quoniam et adorabunt niam judicium

ET post tum est testimonii septem plagas de te do et candore pectora zoni quatuor anni Angelis septem iracundia sæculorum pluvium fumo. tute ejus : in templum tur septem tum.

ET aud tempore. Ite as iræ Dei